

ex his, quę possidet'; et apostolus avaritiam ,idolorum servitutem' nominat. ,Quam quidam appetentes erraverunt a fide et inseruerunt se doloribus multis'. Et Salomon: ,Conturbat domum suam, qui sectatur avariciam. Qui autem odit munera, vivet' in ęternum. Viro ,avaro nichil est scelestius, quia animam suam venalem habet' pro cupiditate divitiarum.

vgl. Eph. 5, 5
1 Tim. 6, 10
Prov. 15, 27
Ecli. 10, 9–10

Avaritia modum ignorat et cum omnia devorat, nescit penitus saturari. Vir avarus similis est inferno, quod nunquam impletur. O avare, vis adquirere per cupiditatem, quod te delectet habere seculo, etsi¹⁾ times perdere, quod te deus vult habere, id est l beatitudinem sempiternam. Ita agit, qui plus avaritiam sectatur quam iusticiam, perdit per cupiditatem, quod adipisci potuit per equitatem. Idem perdit fidem et caritatem per avaritiam, dum acquirere potuit regnum ęlorum per largitatem. Nam de avaritia nascitur invidia, quia quod sibi cupit retinere vel acquirere, alteri invidet hoc ipsum habere. Inde furta, latrocinia, homicidia, periuria, mendatia, rapina, iniusta iudicia, quę ,excecant etiam oculos prudentium', contemptus veritatis, futurę oblivio beatitudinis, obduratio cordis, impietas mentis et exsecratio totius bonitatis. Quę tamen per timorem dei atque per dilectionem dei et proximi vincitur et per elemosinas in pauperes et per fidem et iusticiam simulque per spem beatitudinis sempiternę.

fol. 77r

(6) Ut ęclesia dei suum habeat honorem seu sancta altaria dignamque provisionem, ut dominus ipse ait in evangelio: ,Domus mea domus orationis

Deut. 16, 19

Matth. 21, 13

i) -s- *größenteils radiert Cod.*

tur avaricia; qui autem odit munera vivit; XXV, 6. Avaro autem nihil est excelestius; XXV, 7. Nihil est iniquius quam amare pecuniam; hic etenim animam suam venalem habet; XXV, 11. HYERONIMUS DIXIT: Avaricia modum ignorat et, cum omnia devoret, nescit penitus saturare; XXV, 16. CYBRIANUS DIXIT: Avarus vir similis est infernum.

Zeilen 99–104: Vgl. Alcuin, De virtutibus et vitiis c. 30 (Migne, PL 101, Sp. 634 B–C): Cujus genera sunt invidia, furta, latrocinia, homicidia, mendacia, perjuria, rapinae, violentiae, inquietudo, injusta iudicia, contemptus veritatis, futurae beatitudinis oblivio, obduratio cordis. Quae fit contraria misericordiae, elemosynas in pauperes, et toti pietati in miseros. Quae vincitur per timorem Dei, et per fraternam charitatem, et per opera misericordiae, et per elemosynas in pauperes, et per spem futurae beatitudinis, dum falsae hujus saeculi divitiae futurae beatitudinis veris divitiis vincuntur. Vor avaritia und cupiditas wird häufig gewarnt, z. B. Admon. gen. cc. 33 und 66, Kapitular Nr. 46 (a. 806) cc. 12–14 (MGH Capit. 1, S. 56, 16f.; 59, 11ff.; 132, 12ff.), Konzil von Frankfurt (a. 794) c. 34 und die Konzile von 813: Reims c. 28, Chalon-sur-Saône c. 21 (MGH Conc. 2, 1, S. 169, 27; 256, 16f.; 278, 4ff.); auch unten S. 421 Kapitular II c. 32.

c. 6: Vgl. Admon. gen. c. 71 (S. 59, 32–38): Item placuit nobis ... ut aecclesia Dei suum habeat honorem, simul et altaria secundum suam dignitatem venerentur, et non sit domus Dei et altaria sacrata pervia canibus ...; et ut secularia negotia vel vaniloquia in ecclesiis